Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

In diebus beati sebastiani martiris egregii Erant enim
non solum ut diximus genere clarissimi viri sed et
facultatibus ditati quorum erat pater tranquillinus
nomine et mater marcia vocabatur qui illos seque-
bantur cum uxoribus eorum et filiis nimio enim in suis
nepotibus ducebatur affectu ℟ Unde factum est ut ab
agrestino Chromatio urbis rome prefecto triginta
dierum inducias impetrarent in quorum spatio age-
batur cum eis quatenus ad thurificationem ydolis con-
sentirent Tu autem ℟ Absterget Lectio secunda
Accedentes itaque amici eorum ad eos ceperunt
dicere ℟ Unde vobis tam dura mens tamquam
ferreum pectus quod caniciem patris paciamini ab-
icere et matri tam decrepite novos dolores partus
afferre Tu autem ℟ Viri sancti Lectio tercia
Nam illa partus sui dolores consolacionibus supe-
rabat dum in uno dolore duos filios pareret et gemi-
num prius fundebat affectum Nunc vero insanabilis dolor
inconsolabilis pena irremediabilis cruciatus in-
comparabilis partus est quo spes et gaudium tollitur vita
contemnitur gloria respuit et contemptus omnibus pie-
tatis affectibus mortis atrocitas appetit pocius quam
timetur Obsecramus o amici Rumi tante hijs date
cladibus finem et vos patres esse dulcium filiorum vel
admoniti mementote Tu autem ℟ Propter testa-
mentum Ad laudes et ad cursus antiphona Omnes sancti
Evangelium antiphona Fulgebunt iusti Collecta Sanctorum tuorum
nos domine Marci et marcelliani natalicia tueantur
quia tanto fiducialius tuo nomini supplicamus
quanto frequencius martirum benedictionibus con-
fovemur P. Gervasii et prothasii Capitulum
Sancti per fidem Evangelium antiphona Absterget deus
Collecta Deus qui nos annua sanctorum
tuorum gervasii et prothasii sollemnitate letifi-
cas concede propicius ut quorum gaudemus
meritis accendamur exemplis P Lectio prima
Sanctus nazarius secundum seculi dignitatem
clarissimus natalibus rome ortus ac spiritu
sancto repletus predicabat in pluribus ur-
bibus dominum ihesum xpistum cum patre et spiritu sancto.